

IN THESSALICVM MEDICVM ACTIO SECUNDÀ.

Av d o prudens consilium tuum, ó Vir egregie, quod nauctus tam praelaram ditescendi occasionem, summolque honores atque existimationem, tum amicos parandi sine labore, sine vigiliis, aut sumptu vlo: negligetis vanis mortuorum expectationibus, & inferiorum fabulosis terriculis, inanibusque Philosophorum argutiolis, postquam in ea arte versaris in qua tutissimè peccare licet, atque absque vlo legum metu, quæ sola etiam fortes viros terrere possunt: tu omni stulta formidine posthabita, eam tam bene sis amplexatus, tam strenueque administraueris; vt nemo tibi iure pæreponi, imo ne comparari quidem possit. Qui veluti nouis quidam artis inuentor, per tot blanditias, per tot dolos, per tot negociaiones, per innumeras funera, sine arte, sine doctrina, sine iudicio ita oculos populi atque principum præstigiator summe perstringere potuisti, vt ad culmen autoritatis & existimationis ascenderis, diuitiasque non contemnendas tibi paraueris. Eia agelstreñue, & perdura in opere egregio: gloriam tibi sempiternam, familiæque tuae homen maximum paraturus. Sed si aliqua est Adractia: Nemesis, si aliquis sensus Superis; si tibi tot male facta mentis aliquid reliquerunt, doce me quonam pacto cur recordatione huius vitæ somnum capere possis. Nonne tot per inscitiam & pertinaciam ambitionemque intersectorum hominum agmina te exagitant? nonne conscientia tanti sceleris mentem excruciat? Sed existimo in initio hac omnia tibi contigisse: vbi occulisti, velut iam vetulus carnifex, aut latro, non magis de hominum cæde quam hædorum aut pullorum sollicitus es. Quinimò etiam iam securus ob vsum pauca quidem per te: longè plura verb per tuos illos sceleris socios quotidie in plebem aduersus omnes bonos euulgas. Præsertim autem vnum me impetis; seu ob artis successum, seu quod studiis meis aut famæ (quæ quamvis mediocris sit; te tamè torquet) inuidas; seu potius, quod natura ita comparatum sit, vt maximè dissimiles moribus atque institutis, maximo etiam odio prosequamur. Nam neque omnino à me lœsus es vñquam: quis enim à me lœsus se vel verbo vel factis dicere potest? neque adeò imperitus sum:cti enith talis visus sum aliquando:net tam infelix in attis operibus propter quæ nobis inuides: & tamen tua illecebri impostura sic vrbem. impluisti, vt plures damnent quem non cognoscunt, horreantque eum à quo nil nisi vtile consequi possunt. Adeòne exteris tuis istis do lis, tua ista nefanda versutia, qua plurimum vales (neque enim te tuâ laude spolia-

re volo, quemadmodum tu mea me niteris) imponere te posse speras? Quid iam adhuc superest, quām vt eruditos, vt veritatem, vt Deum ipsum fallere hac tua mendaci, furtōque ac malis artibus conquista gloria posse confidas? An non tibi iam concius es imperitia tua? an nescis quotnam ciues felic illa tua indulgentia ad orcum miseris:an d'illuminare potes, quia ambitione, quibuscne technis potentiamtibi ac tyrannicam vim paraueris, amicitiæq; principum te insnuare conatus sis? Tu doctor eorum qui illegitimè artē tractant, tu exemplum legum non feruadārum; tu ambitione ac minis bonos opprimere non cessas: tu blanditi mulierculis in ægrorum pernicie excogitasti, vt quod imperitia & stultitia non poteras nomen retinere, his versutiis etiam augeres. Nescio quonam encomio te magis dignum esse censeam, quām eo quo qui fonte sacro infantulos aspergunt, cacodæmonē exercrantur. Quid tibi proderent regiæ opes & stipendia, etiamli anipliora multo essent? quid Imperatoris dignitates, aut principum familiaritas, omnia per falsas adulaciones, per obsequia nefaria, denique per suppositarios laudatores acquisitas? Non ego tuor um sordidam parentum conditionem, neque aliud quicquam insestabor (haec enim odiosa sunt, etatis aut fortunæ virtus accusare) verū tu solus mihi (ita pessimè in arte versatus es) sufficis, vt longiorē possim confidere orationem, dum fraudes vitiæque ac malefacta quæ in sanctissimā disciplinā, quæ in patriam & ciues, quæq; in reliquos artis professores, & maximè in meisplum exercuisti, recenseo: quā sint Verrinae illæ Ciceronianæ, aut Demosthenis Philippicae. Itane forsä debacchatus securè es, vt crederes defuturum hominē qui tua flagitia agnosceret, aut in publicum edere auderet? Publicè peccasti, & in perniciem ciuitatis nostræ solū natus esse videris, pestisque vna ciuiū ac patriæ tuæ (si modò tam flagitosus, tā patriæ ingratus, ciuiis dici merito potest:) Ob id publicam tantum etiam ob iacturam, non ob priuatas aliquas inimicitias, tametsi tot tantaq; ih me patraueris, tua facta detego, tēq; vt meritus es accuso. Fecisti mortalium pessimè, ex erroribus tuis dogmata, & nouam medendi rationē ac perniciosam aduersus omrium antiquorū præcepta in hanc vrbem inuexisti. Quid iam nunc profust Academias, gymnasiasque tantis stipendiis sustentata, tot libri, si imperitus unus medicus partim ignoratia, partim scelere omnia euertit & destruit docetq; quemadmodum egregius ille Paradoxorū scriptor, melius esse nescire literas quam scire? Atque ita videt esse, & experitur, postquam in sola amentia sua confidit, & felicitatem non in virtute, non in artis operibus sed in operibus & potentia

dolo partis constituit. Et vos videtis & fertis: quoniam huius discipline estis ignari. Et dum puniendo errare timetis, non puniendo longè grauius peccatis. Quæritis forsan, cur ego folius inter tot præstantiores defcenderim ad acculandum? cùrque hic impostor omnes alios in me accenderit? Hoc primum dicam (cum neutrū obscurum sit:) Non sperabant me stante obtinere posse quod concupierat, imperitus apud non imperitum, ignarus exercitationis apud exercitatissimum, infelix in opere apud felicissimum: denique solis dolis ac verlutiæ præditus, cæterum omnium bonorum inscius, aduersus eum qui totam vitam in studiis & experientia rerum consumperat: & quamquam calliditatis eius omnem virtutem superare posset, ipse tamen sibi conscius, haud confidebat se quicquam agere posse, nisi me oppreso. Id etiam forsitan cogitauit, vt inimicitiam mecum suscepit fieret celebrior. Audierat aliquando incognitos homines ob egregiorum virorum infestationem claros evanisse. Sic Hippocrati Lycus & Iulianus, Platoni Moto, Aristotelii Eubulides, nominis conquirredi causa aduersari sunt. Sed vt Romanus ille aiebat: Absit vt hunc hominem tanquam amicum recipiam, aut inimicum respiciam, cum eum sciam se ampliore futurum sperare, si se mihi inimicum dictauerit. Itaque si hunc homunculum nunc nominarem, nec castigarem, maiore illum honore quam contumeliam afficerem. Nāque is cum beatum se esse alioqui patet ob diutias, etiam inimicitias exercendo, postquam aliter non licet, gloriam querit. Sed quomodo te beatum opes efficere possunt, aut gloriosum, cū tantò magis egeas, quanto plus habes? Etciam nisi indigeres, non quereres: cumque plura queretas, pluribus, te indigere perspicui est. Nec interim illis gaudes, nec frueris, nec retinere sine magna custodia potes, nec amittere sine dolore. Nec tanta potest esse voluptas in paranda, quanta est anteacta vita penitentia. At parabis filiis ac nepotibus utrum illi superfuturi sint, Deus nouit. Si vxor nunc pudica, sit nurus, qua arte tandem efficies ne quandoque in adulteri filium omnia deuoluantur? Certum est enim (quod tu tamen verum esse non arbitraris) statis temporum circuitibus opes necessariò ex una stirpe in aliam transire, vt qui dites fuere, fiant mendici: & rursus, pauperum proles in dinitum opes succedat. Quid cum multis modis eveniat, semper tamen evenit, in quibusdam ante nepotum obitum: adeò scvit quandoque Domini vltio, quid & Iurisconsulti affirmant. Cui etiam principi peccatum videri poterit, posteros tam sceleratus viri spoliare fortunis, opésque tam iniuste partas sibi vindicare? Sed eveniar hoc quomodo & quando libet: conscientia facti nunc tua est, labóisque vius ac voluptas in posterum aliorum. Ergo solus ob id te accuso palam, vt scias reliquos omnes qui presentes adsunt, vultu, gestu, quāquam ileant, hanc tuam impudentiam temeritatemque damnare. Hoc ipse Deus, hoc patriæ, hoc boni omnes vna sententia te condēnant: tu tamen tibi places quoniam neque tātum sensus, tantum verēundia retines, vt dolore possis. Noli letari vocibus tuorum atque aliorum simplicium, qui te flotere dicunt: non

enimi flores, sed intialescis ac sequis, quibus verbis clamitatum etiam reliquarum incrementa designare solemus: Inquieres forsan: Quid egis? quid scis? conscius enim mihi sum, me clanculum peccasse. Quid ait? Tu hæc malefacta Deū ante ipsum latè posse arbitraris? Carterum, quid non reris, & vrbi & toti orbi notissima per me fient. Sed vnde nam in tanta teru tradandarum magnitudine ac multitudine incipiām, non sat mihi occurrit. Debēone ab ignorantia exemplis, ac virtutis peccatiisque tuis, ac artis euersione: an à dolis conspirationibus, cum pharmacopolis, cum tonsoribus, cū chirurgis, cum mulieribus: an ab aperta vi, qua simul cum coniuratis aduersus nos vteris: an potius à maledicentia illa, qua omnem probum virum infectatus es, initium dicere?

Sed ab imperitia tamen incipere decet, in qua illud sane mirabile est, quod qua parte maximè es imperitus, ea alios docere vis. Nōne tu primū, sapientissime vir, omnem prædictionem ab arte sustulisti? Nōnne tu es ille qui doces, eos qui prædicunt, vatum & astrologorum, ac etiam circulatorum loco habendos? Eia vir egregie, vnde primū hoc didicisti, vt tot libros Hippocratis, Galeni, Auctiæ, aliorūque optimorum autorum dānares? Deinde si prædictio nulla est, quomodo instituemus vietus rationem ad statum visque? Nam si ab initio tenuem, vt tu facere soles, in diuturnioribus febribus vietus rationem precipiamus, homines enecabimus dupli ratione: & quod minus imbecilles euadent ægri, & quid cogemur in statu, maximè cū à cibo abstinentem est, dare cibum. Sim autem ab initio crassorem: quomodo non omnes quibus status proximè est, iugulas? Quanamigitur ratione medicina stare potest, absque hac præcognitione. Quin tu etiam occidas quotquot in manus tuas veniunt, & pessimo exemplo alios idem facere doceas? An hac quæ dico falla sunt? & à mente authorū, & à ratione atque experientia aliena? An falsum est, te omnem sustulisse prædictionem: cū non solum abstineas ab illa, sed ed vñque tuum illum patrium virus latè serperit, vt ne vnu quidem alter nunc prædicere audeat. Ita vir innocens, ne procederetur ignorantia tua, totam urbem euertisti: & non solum nunc, sed, nisi Deus aliquis prouideat, etiam in posterum. Hæc est gratia, quam patriæ tuæ reddidisti. Quid enim illa dicere posset? ego te genui, alui, educaui, turata sum: tu, vt ditor aliquanto efficeris, pessime non solum perdis, prodisque amicos, sed vnumquemque bonum infectaris? exemplique doces, occidere meos alumnos? Vnde nam (nunc ego te interrogó) fama increbuit quid insanire? Verum in hoc tibi ignosco: nam cum duorum alterum necessarium esset, vel vt homines insanire me crederent, vel te omni suppicio dignum existimarent, ferendus es: et si hanc infamia, hoc periculum, quacunque ratione à te conatus sis propulsare. Verum vbi id non successit, vñsumq; est nimis arduum hoc persuadere hominibus pro Astrologo habendum prædicasti, adeò vt hic rumor vñque ad Cæsarem peruenierit. Ego quidem fateor me scripsisse aliqua in Astrologia: vbi etiam syphantarū perfidia arte euersam esse cognoui. Sed

Sed vide Elenchum librorum meorum, & quam minima sit eorum portio, id quod à me in Astrologia conscriptum est. Verum ô præclare, vbi docebis me vix ter aut quater illam artem exercuisse, etiam maximis præmissis propositis? Artem vero medicam perpetuò iam annis triginta & amplius exerceo.

At dicas: alii in disciplinis scripsisti, & inauditam rem: quod aliis omnibus laudi tribuitur, tu pessime ut mihi probro sit obtinere vis? Et solum in me dignum vituperatione inuenisti, quod iure meritò in omnibus laudari solet. Quanta Galenus, quanta Auctenno, quanta Aëtius, extra artem scripsere, ac longè plura quam in arte, & quam ego? num ergo & illos repudias? & ut medicos imperitos aut minus exercitatos arguis? Sed hæc est labes seculi: non per Iouem, sed patriæ nostræ: nec patriæ, nisi tu dira & stygia pestis in perniciem non solum honorum, sed etiam disciplinarum natus essem.

Verum hæc mittamus, rem ipsam prosequamur. Quonam pacto, si statum morbi ignoras, audes tot nobilium corpora trahare? ni forsitan diuino iudicio carnifex meritò euasisti. Nunquid purgare, secare venam rectè licebit, ignoto morbi statu? Quid si sub statu horum alterum facias, vel utrumque nonne hominem occidisti? Suspenduntur latrones, lacerantur, excarnificantur, alibi etiam palis rotisque inservuntur, quod homines ignotos pecuniis spoliunt: tu amicos, tuæ fidei creditos fortunis, & vita priuas, præmiisque necis ac sceleris accipis. O felicem sclerati fortunam.

At dicas: Nolens occido? Qui nolens, cum scias te rectè facere posse, nec facias: aliosque facete volentes prohibes? Nonne illa medicamentorum intempestiva exhibitus in gratiam pharmacopolarum excogitata est? scilicet ut lucro allecti, te ad alios infirmos aduocent, & ut simul aliquid facere videaris, morbumque in longum producas? Quis cum tot commodis tuis errare te nolentem suscipetur? & maximè reclamantibus autoribus, tanquam infelici miserorum ægrotantium successu? Quid ergo est quod tantum Astrologiam insectaris, quæ morbi euentum prænoscere docet? Non doleo quod illi operam dederim: sed quod à tuis malefactis impeditus, id nondum esse qui potuerim quod volebam: scilicet ut statum morbi ex astris prænoscere possem. Ira ut duplii coniectura quasi duplici cruri intixus, maximam humanæ salutis ansam possem comprehendere. Id solum generaliter affectus, quod tam Sol quam Luna in signis vernalibus salubres & breves, in æstiuis breves & periculosos, in autumnalibus lethales, in hyemalibus longos efficere solent. Quodque qui à Sole reguntur morbi diuturni, à Luna breves sunt. Et quodcum luminare morbo dominans gravioribus planetis commiscetur, ac tardis, morbus natura & euentu longus erit. Sunt autem gravibus planetis natura, velocibus autem morbi, ut cum Saturnus aut Jupiter prope Solem sunt, morbus quidem natura diuturnus, breuior efficietur: sicut contra si Mars, Venus aut Mercurius tardi fuerint, morbi natura bre-

ues protrahentur si veloces, velociter finiuntur morbi, natura etiam per se breves.

Quodque beneficæ mites, maleficæ prænos suggerunt morbos: & orientales manifestos, occidentales occultos, sub Solis radiis latentes prorsus & incognitos. Quamquam planetæ ibi constitutus si praefit, solum signent virtutis languorem, & humorum exustionem.

Verum dices, hæc extra artem suum omitto iam. Quid si contendam, te & complices tuos utinam cognitionem nullam tenere: sed omnia quæ circa morbos qui ex materia pendent, febres præcipue, ex æquo tibi incognita esse: Dico sane & morbum, morbi tempora.

An hoc extra artem etiam? quod tamen tibi experientia ostendere paratus sum. Sed ad cetera transeo. Ex hoc errore in alium non minorum, imò deteriore incidisti, cum ne scires vbi & quando status morbi sit colloquendus, ad septimum in omnibus illum constituisti, aliosque ita facere doces. Vnde si quibusdam antea status euenerit (quod rarius accidit) illos superflua inedia maceras: deinde me arguis, quod exquisitiore victu in morbis vtar. Cum ego pluribus cibum vberiore concedam, quibus tu pernegares, pernegasti que aliquando, si quando tantum periculum euidentes ad me laborantes transfrunt. At quod maius est, ac generalius, vbi status ultra septimum diem extenditur, tunc illos certò enecas, si saevus sit morbus: si mitissimus, etiā in difficultiam conditionem vitæ deducis, tripli errore: & quod primum illum nimis ab initio, quando maxime nutritre oportuit, fame enecasti: & quod nunc quando minimè cibum dare oportet, natura cœca coctiones, præparationes, separaciones, expulsiones, grauiaque symptomata occupata, das copiofiorem: & quod repente ex lumina inedia ad pleniorum victum transfas, quod etiam in sanis, Auctenno teste, pernicioſſimum est, nem in extremo vita periculo constitutis.

Mirto hæc autoritates, rationesque: neque enim adeo te imperitum existimo, vt hæc non noris: nec tam impudentem, vt quæ confessa sunt ab omnibus medicis, absque vilia controversia negare audreas. Sed existimas, ut dicas, quemadmodum in moribus, ira in medendo, consuetudinem legem efficer. Proh Dij immortales, iugulare homines consuetudo efficer potest ut sit impunitum? Ita præciso capite efficiet consuetudo, ut homines non moriantur? Hoc est transire à stultis hominum decretis, ad æternas & incontusas naturæ leges. Ita fiet, ut aconito ita vsum hominum reuocato, vnoquoque perire tandem vsum obtineat, ut fiat salubre medicamentum. O inauditam temeritatem & impudentiam: quæ etiam inuenit ex artis studiosis & ciuiibus, qui se prudentes existimant, & tamen his nugis aures præbent. Sed ad id in quo semper peccat transfasmus, carnes & ova dando in puridis continuis febris, in quo putat se ob id rectè agere, quod (vt inquit) à nullo antiquorum prohibetur. Cum tamen audiat Hippocratem dicentem: Non pura corpora quanto magis nutries, tanto magis lœdes. Et rufus, isti acutis nunquam prælahrung excedit, sed sepius,

ac ferme ſemper mafa ſubſtituit. Et Galenus Petrone vičius, qui agros vino & carnisibus maffiebat? At dicas: Non in acutis facientium ceneo, ſed tantum in diuitiis morbis. Eia vir egregie: non ne ſciſ nunc ſentimoniū eſſe de febribus cōtinuiis, quæ diem centeſimum vigefiſum non excedunt, ex Hippocratis ſententiā, ſicut acutæ quartum diēnum? Vbi ergo iuuenies apud Hippocratem in tot exemplis agitorum, qui ultra quadragiſimum etiati febre conflictati ſunt, quod vel viuis carnisibus vel vino aut ouis viuis ſit? Quinimo ſorbiſiōnes tantum ex ptaſia, mēlicraturumque: Galenii verò alicam, patēnque lotum etiam induit: quanquam ne huius quidem exempla habebām. Dicas vir acutus, taſquā nouam docturus medicinam ridoſtro aūo, experimentum oſtendere febres cōtinuas ultra centesimum vigefiſum diem extendi, atque hac tua praecepta in debilibus debere intelligi. O egregia ſapientiam! nonne ſciſ hanc longitudinem non pēdere ex morbi natura, ſed eſſe teſtem errorum tuorum? Cōtinua enim febris non ultra eum termiſum extendi potest, ſeu lethaliſ ſit, ſeu fanabilis, ac recte curetur. Quod verò de imbecillitate viuum obiiciſ: quis debilior hiſ languentibus, qui iam propter febrem syncope laborant, ſeu ex humorum abundantia, ſeu offendo ore ventriculi, in quorum uno ne cibis quidem dat vllum, ſed mulſa eōtētibus eſt: in altero autem ptaſiam ſolū: non nūnquam in alterutro panem viñō infuſum. Vbi carnes aut oua dāntem iuueniſti etiam in ſummo diſcrimine? quin etiam in iplo periculo, id ipsa syncope & laſpi virium, per quamcumque reſolutionem facta, etiamſi ex iñedia vel haemorriagia conſigerit, nunquam tamē carnes aut oua dāt: ex principalibus enī & primis proprieſibus cibi, quas debet habere qui exhibetur febricitantibus (quæ ſunt, vt facile concocuantur, & difficulter corrumpantur) carni quidem vtraquē deſt: ſiam facile corrumpitur, & difficulter concocuitur: oua faciliter corrumpuntur, ſed facile concocuantur: vt panis difficulter concocuitur, ſed difficulter etiam corrumpitur. Ex aliis rursus proprieſibus non adeo neceſſatiſ, ſcilicet vt ſi frigidus, humidus, & pauci nutrimenti, nulla adhuc carni conuenit niſi colliquat. Quod ſi humida reliqua, ne arte quidem licet permuteat: at ona etiā plūrimum nutritur, non tamen adeo calida ſunt, ſed temperamento proxima: vt panis, qui neque adeo calidus eſt, & in aqua refrigeratus (totum hunc vocant) temperatio eſt, & minus nutrit carne. Caro igitur pellima eſt febricitantibus: inde oua, panis lotus, vel in vino infuſus, & viñum ipium in ſyncoptis pericilio ob id admittuntur. Sed concedamus, vt omnia hie etiam dari poſſint quibufidam: poſtquam non dare tutiſſimum eſt: nec vllum iuuenias autorem, qui quenquam pēcificari horum abſtentia, aut ſanari ex viu affirmit. Cur mafis in morbis cōtinuis & ex humore pendebitibus (nam de his nūc ſerio eſt) periculofam, quām omnino tutam medendi rationeſi amplecti? neque enim apud aliquem autorem iuuenies, quod quif-

quam perierit ob id, quod vel carnibus, vel ouis, vel viño (etiam per integrum annum) abſtentet, modò ptaſiam aut panis loti, & cum iure parati quantum oportet, ſumperet. At eorum quid vel ob viuum, aut oua, aut carnes olim perierint, & nūc etiam quotidie pērēant, excepia non defunt.

Sed iam admittamus, carnes & oua conuenire: cur eum horum alterutro panem coctum aut ptaſiam iungis? an non ſatis oneſraſe eorum altero agrum videris? aut minus putas ex adiunctione poſſe nutriti? aut hanc miftionem impatiū ciborum ſine magno detrimēto laborantis eſe poſſe? Verū deſtruiſ etiam his omnibus, quod iam excogitauit, iuuenit, in vſumque tam frequentem adduxit, vt ſcimia putent me infanire, ſi contradicō: vel oſcitantēt medici officio defungi, ſi pratercam. En illud medicamentum, ille neclarius potus, parum abeft quin nomen iuuentoris tam praēclaræ potionis adiecerim. Et demiror ſanè quod hanc occationem glorioſam p̄tērmererit, ſcilicet ut nomine tuo medicamentum antiquorum mo- re non nūncupauerit. Sed vt video, hac in parte fuit præter ſolitum (nec cauſam noui) pudentiūculus. Conſtat hōc non exoticis, nec longiſ petitis medicamentis, quemadmodum talia pleraque (vt Theriaca, aut Athanasia) ſed mira arte ex facile parabili- bus quaque vbiique in promptu ſunt, compoſitum eſt: ſiquidem vitelli ſuorum, viño & ſaccharo. O praēclarum magiſtrum! Vi- num, cum ſtatiu nutrit, lutea ouorum ſe- cum rapit incōcta: ita iecinotis meatus ob- ſtruuntur, ſpiritus inflammat, ſaccharum in bilem vertitur. Ut ſi hoc hoī apud medi- cos didiceris, ſaltem dum puet eſſe, à poētiſ ſuelligere potuisti. Ita praēclarum hoc me- dicamentum, parum à veneno, & maximè in acutis morbis aut bilioſ corporibus abeft: ſed quia plerumque ſerius hoc thalum ſe pro- dit, ideo illius noxam non intelligit, ſemper tamen aut ſtatiu aut aliquanto pōt nocet.

Verū mittamus dira hæc, quæ in perni- ciem humani generis intexit: nam vt nulla regula nulloque ordine conſtant, ita prope- modum ſunt infinita. Quin pōtius etiam au- di, impudentius ex viu tenuique, ortam fe- brem, aut auctam inquit. Si te non mouet autoritas, experientia ſaltem doceat. Quid hoc eſt aliud, quām ſi dicas: Ademptis lignis ignis auctus eſt, additis immunitus? O egre- gia ſapientiam, & nouam medendi rationem.

Auditis errorēm: inde ex eo, quāſi con- ſulto ad humani generis perniiciem tenderer, alium non minorem intexit. Cum enim iuueniſſet Auicennæ ſententiam: Et cum virtus debilis fuerit, ſparge cibum: eam ſic in- terpretatur: Hora pūta decima iubet dari con- tulas, hora ſextadecima vitellios duos ouorum hota vigefiſa contiſum aut ſerculum, hora ſecunda aut tercia noctis turſus oua. O egre- gium viuum medicum prolixiū: modò alter- net cibos, de cæteris nihil curat.

Dicetis, non fieri poſſe? Vila refero, & ſa- plus: ino & mos hic perniicioſus iam in mu- totis, & fore omnes dimanauit. Non feret ſa- riſ ſixto diebus hanc copiam ciborum, quin vēhementer & grotet, etiamſi bene dormiat nunc

nunc æger insomnis , febre vel doloribus vehementissimis oppressus , cum virtute imbecilli hæc feret ? ita iugulati , imò strangulati pereunt omnes . Quid ergo ille de diuisione suasit , hic de repetitione interpretatus est . Hic cum à me de tam manifestis homicidiis coargueretur , dixit , vnum hoc obtinuisse : ita , vt dixi , putat hic nouus Thessalicus asinus , fieri posse vt velut apud homines , ita apud naturam , virtus imperitorum in leges vertantur . Memini , cum quosdam Medicos à tua sc̄cta inuenisem , misero cuidam ægro carnes colliquatas exhibentes , seu contusas , inde post horas vix quinque lutea duo ouorum , rursus post totidem fermè serculum cum conutis carnis , ac rufus post horas sex ouorum lutea : parum absuit quin exclamarem : Domine ignosc illis , quia nesciunt quid faciant . Verum mecum reputans quid fundos , redditus , torques , aurea & argentea vasa , gemmas , ac reliqua omnia quæ possident , gloriam quoque ac amicitias , his tam sibi felicibus : aliis autem adeò funestis erroribus debent , consilio , non imperitia eos errare animaduerti . Velut & cum ingrauelcente morbo saluatellam (ita manus vocant venam) incident , & medicamenta exhibit . Quæ si expediunt , ab initio cur non facis ? constat enim auxilia valida omnia ab initio esse adhibenda ; tutiusque adhiberi : si non expediunt , cur facis ? Sic & cum nouandi studio auxilia quæ iuvant mutas , alia inexperta subrogas : quo quid malignius fieri possit non video .

Verum diuino quid dicturus sit : id scilicet , quid tamen plures vel sic seruantur : deinde , quid plures & nobiles , imò principes , ad te confidunt . Sed audi vir egregie : quid plures sanentur , id in causa est , quid morbi maxima ex parte (Galeno teste) periculo vacant . His igitur qui sic laborant , omnes fermè ad extremum periculum deducis hac tua noua medendi ratione : & si moriantur aliqui , habes quod excuses , scilicet morbi magnitudinem , sed non spontaneam , verum quam tu fecisti : imò & nouus etiam Philosophus iam apud plebem fatum inuexisti . Adeò ne es impudens , vt qui pereunt , fato periisse audeas dicere : cum eos qui sanantur , tuā operā seruatos gloriari ? At non fato iperire , sed medicorum tui similius culpā ostenderunt tum inter ceteros , hi languentes , à me nuper sanati ex abscessibus , occultis tuis seftatoribus . Quamvis enī ad Orcum fermè deducti essent , præter spem tamen adhibitis per me debitū auxiliū seruati sunt , cum sub illis perpetuò in deterius ruerent . Verum in his qui leuissimi morbis detinentur , mirum te præbes artificem : iubes enim , prohibes , arguis , incras , vt si seruentur à morbo quem tu magnū , noh casus efficerat , triplici tibi sint emolumenta : & quid plures exprimas pecunias : & quid plus tibi debere se existimant , velut seruati ab extremo exitio : & quid fama illa diuagatur , te egregium esse Medicum .

Ita difficile est Deo ac veritati atque iustitia seruire , ac simul propriā utilitati confundere : cui cum summa pernicie humani generis optimè prospexisti . Ita fit , vt ægri tui ,

tuorūnque sōciorum , omnes ex magnis morbis euasisse videantur . Cū tamen hæc medendi noua methodo , ex magnis morbis omnes , ex mediocribus plerique , ex minimis etiam aliquot pereant . Et cum sic mederi , mederi non sit , sed latrocinari : haec tamen tua est gloria . At contraria ratione , ex nostris nulli serinè ad magnum morbum perueniunt : qui tamen pereunt , vix seruantur : nam non errore , sed natura morbi ac propria vi ad eam peruenient magnitudinem . Morbi enim qui sub eruditis medicis inualuerunt , vix spes est vt seruari possint . At de his qui sub imperitis , longè maiorem spem conciperē possimus , vt Galenus ait .

Hactenius scio vos damnare tacitis votis huius imperitiam , illiusque errores execrari , adeò nostris ciuibus perniciosos : sed tamen aliqua vos spes alit . Aliqui sunt , qui eum queri vellent : multi etiam , qui non omnia eius facta improbent , quid (vt dixi) non omnes eius ægri intereant . Sed audite maius his . Hoc vos terreat , hoc à vobis calculos omnes aduersus illum exprimat , hoc vocem damnationis extorqueat . Nemo fermè qui eius manus euaserit , duobus aut tribus annis superstet . Memoria repetatis , quomodo : licet è graubus illis morbis euaserint , tamen breui quasi omnes perierint . Quid scalpitis caput ? ita est : ejusmodi nostrorum qui sub isto ægrotauerint & euaserint , nomina recenseatis . Quid dubitatis : cū nemo sit prorsus qui hac obliqua medendi ratione mortem subterfugerit , nemo prorsus dico est qui vitam suam multis annis non decurtauerit . Etenim morbi longitudine & medicamentorum multitudine necesse est homines valde citiùs senescere . Hoc ratio docet , experientia confirmat . Labant enim crura , corpora extenuantur , ventriculus non concoquit , vitalis calor absuntur , facies paler , spiritus fit difficilis , pili canescunt : an non hæc omnia accelerantis senij indicia sunt ? An non hoc dicit Auicenna : Medicina purgans , purgando efficit vt homo senescat ? At hanc necessitatem medicamentorum parit copia cibi exhibiti , & consuetudo praua , cuius tu autor es .

Quid verò plures ac nobiles & principes cures , duas afferam rationes : & aliam quæ tametsi medica non sit , multum tamen huic proposito congruit . Primum quidem seruitute & assiduitate , deinde collusione cum pharmacopolis , chirurgis , tonsoribus , obstetricibus , parasitis cubiculariis adulatoribus , cauponibus , omnique hominum colluicie , hanc gloriam tibi inanem conciliasti . Id etiam plurimum tibi fauet , nobis obest , quid vulgus diuersam à medicorum sententia & veritate ipsa opinionem habet , scilicet quid melius sit multis auxiliis tui quam vti quam paucis : quodque maius periculum sit necessaria omittere , quam perperam non necessariis vti . Quorum tu non ignarus , nihil pratermittis nisi quod conducere potest . Ob id igitur quis te imperitus artis non laudat ? Quis te attis peritus non otunino ridet ? Quanta flagitia , quot dolos , reputa tecum miser , perpetrati , vt per tot calumnias , mendacia , sceleraque ed peruenires . Adeò verò tua

hæ collusio cum pharmacopolis ac chirur-
gis mibi iure suspecta est, vt de morte (quod
videtis) securè pronunciem, quod mors nul-
lius dolis interqueri possit: vita securè nun-
quam. Tantum enim timere ne detegaris,
tantum alienæ gloriæ inuidere te intelligo, vt
nihil non ausurum putem, ne ex voto mihi
res sucedant. Adde quod persæpe res, quæ
sit votum tuum, in dexterius cedit: & dum de
me ludos facere cupies, morbi magnitudine
iam per se in discrimen vita vocante ægrum,
eum interficies. Quam etiam ob causam ne
spretis me fero voeatum (quod quidam ni-
misd plus quæcum decet de me polliciti expe-
ctant) ægros posse reuocare ad vitam: non
solùm quod hic merito morbus suis suspe-
ctum multorum societatem mihi reddiderit,
sed multo magis ob id, quod (vt dixi) auxilia
strenua nec tutò nec utile nec nisi in febrium
principiis, ex autorum omnium sententia,
admoeri possunt. Cuius tamen contrarium
plerique vestrum existimantes, miracula, non
curas à me flagitatis: quæ si non perfecero,
alij irrident: modestiores me in ordinem con-
nunt redigere: quod perinde est, ac si quis
architectum negligat, quod fundamentis mal-
le iactis & ichnographia peius absoluta, ne-
que pulchrum, neque firmum possit consti-
tuere ædificium.

Existimant præterea in medicina princi-
pes strenuique viri, vt in militari disciplina,
plurimum posse autoritatem: quod vt in mi-
litiæ fateor verum esse: quoniam obedientia
constat, quæ nec minis, nec præmiis, nec
cruelitate tam bene quæcum sola autoritate
habetur: ita in medicina parum hac autori-
tas, aut nihil omnino prodest, rem cum na-
tura & legibus vniuersi nobis præhendenti-
bus. Hoc itaque errore illi omnia confun-
dant, existimantes se tantum valere iudicio,
qualium fortuna præstant: vt vi pollent, ita
de artibus atque artificibus homines debere
illorum sententia acquiescere.

Hilud etiam homo solerit, atque ex genera-
libus eausis proprias venari solitus prouidè
inuenisti, per quod tibi optimè consulentes:
scilicet naturam ciuium nostrorum, & præ-
cipue diuitum ac mulierum, quæ molior est
quæcum vt exquisito vieti vi velit. Vnde ex
hoc inuento plus tibi emolumenti accessit,
quæcum ex vniuersa Galeni artis Medicæ de
temperamentis peritia. Vbi enim ciues no-
sti, & eo magis Principes, Medicum inueni-
erint suis cupiditatibus obsequenter, hunc
laudent, extollunt, omnibus aliis præfe-
rent: ille solus sapit, vt dici solet, ac viget;
præcipue si quosdam illorum qui perditissime
auaritia dediti sunt, gratis, aut exiguis
munuscillis contentus, curare non asperne-
tur: hic certè apud hos summis extollitur lau-
dibus, in ceteros varias columnas effingunt.
Sed ad priorē sermonem redeo. Memini
cum aliquando ciliptam ex his vinum, quod
ex vñi illi erat, concessissimum, amplexatus ille
manum, me misris laudibus extollebat: tum
ego ridens mecum dicebam: Quod si vinum
hoc te ad Orcum discidurum esset: nihil mi-
nis me laudare, vt laudas nondum expertus
rem. Hanc occasionem non prætermisit ge-
nerosus vir Themison, plus lucri illi fe-
ser-

tem quam Hippocratis præcepta. Ita nostri
ciues Medicum sibi congruentem & ex op-
pinione inuenientur, & (vt dici solet) sua labra
laetucas. Quid igitur mirum est si hunc col-
lant, laudent, amplexentur, malintque cum
eo mori, præsertim quod nec consuetudinis
iam dictæ quorundam ignarus, paruo vendic
operam, quæ illi paruo constat, minùsque
emotoribus ipsis vtilem, quam cum artis per-
ritis viuere? Diuina enim senentia est: Qui
facit peccatum, seruus est peccati. Si tamen
reuiuscere mortuis liceret, non tam gloria-
reris: quererentur enim apud vulgum, se oc-
cisos. Nunc nefcio, an tu plures ac firmiores
amicos occidendo, quam ego seruando, con-
cilieis (etenim & hoc inter nostrorum nefcio
an dicam temporum an ciuium, egregias vir-
tutes est) nam neque agnati & fratres hære-
des nunc solum gaudent tuis erroribus, &
mariti vxorum (hoc etenim etiam perritum
est) sed proh Deum fidem, ed processit mor-
rum improbitas, vt filii parentum morte læ-
tentur, dum hæreditatibus locupletibus in-
hiant. Scio nuper quandam adscitum pro fa-
miliari medico, à filiis, ob id solum quod pa-
rentem eorum occidisset: quem ego totis vi-
ribus seruatum cupiebam. Nec nunc pericu-
lum medicis est, dum ægros iugulant, vt
odio sint nullis nisi parentibus pro filiis, in
quibus naturæ lex relugetatur ne interfector-
em amare possint. At bene scis quot domus
hac causa amiseris. Aded vt si omnes dilig-
ent suos necessarios, vt patres filios diligere
solent, ne vñus tibi ægrotus relictus esset.
Verum adiutus hæc incommoda vir strenuus
alterat atque secundam inuenit tuendi
se rationem, scilicet potentiam, affines,
amicos: aded vt non tam eruditio, exercita-
tione, fœlicitate que ac successibus artis
pugnetur, sed vi, dolis, rapina. Diceretis esse
bellicum certamen pulcherrime instruendum.
Sunt velites, iuvenes, sunt in insidiis auxilia-
res copiæ amici, est statarius miles ac veter-
anus multis cædibus fortis, sunt duces auto-
ritate potentes, sunt machinæ, opes & num-
mi bellorum nerui. Quid ad expugnandum
Duceam tam instructæ aciei, ego solus iner-
mis valere possum? ne igitur admirermini, hū
Themison hic vnumquemque in suo genere
peßimum sibi adiungens, non solum se tue-
tur, sed etiam nobis minitatur. Neque tamen
glorieris de hac sycophantia, tanquam tua-
pte ingenio tibi bene cædat; labes est potius
vrbis nostræ, quæ nimis facilis est ad cre-
dendum, vt pauci pluribus imponant, lau-
dentque quæ non viderint, vituperent quæ
non sint experti. Vnde sapienter vir grauis
Ambrofius, huius vrbis Pontifex cavit, ne
Hebreus quisquam plus triduo in ea com-
memoretur: sat is intelligens talia esse ci-
uium ingenia, vt à quouis homine vaflo fa-
cile seduci & euerti possint. Itaque ne spes,
neque glorieris, quod hic obtines, vlibi genti-
um alias posse impetrare. Tertia causa for-
san, etsi absurdior videri possit, non tamen
minus est efficax. Nunc mundus scenatorib-
us, latronibus iniustisque viris repletus est,
si vñquam alias: hi quomodo iustius plecti
poterant, quam si vita ante tempus priuen-
ventur? si pignorum charissimorum funera
videant?

videant? si denique ipsi dimidium ætatis sua
inter somenta, clysteria, venæ secciones, &
aqua potum, in formidine mortis consumant?
quodque reliquum est vita, etiam mancipia
medicorum vivant, dum ne digo quidem
à iussis horum impostorum discedere audent?
Nam & hanc artem hic nouus Aesculapius
docuit, ut illos loco perterrefaciat qui sibi fi-
dunt, ut ægri pro prædio, sani pro seruis eius
sint. Tunc enim illis etiam aliis in causis au-
daet & absque verecundia imperant: at mi-
seri parent, existimantes eas minas cuiusdam
rarae benevolentiae fructus esse, ita illi alio-
qui in aliis rebus nimis versuti, seu pro-
prio scelerē, seu vita immoda cupiditate,
plusquam pueri hac in causa despiciunt. Non
igitur hæc tua felicitatis causa tibi eveniunt,
sed vltionis illorum: nam & in te aut poste-
ris tuis pari vltione Deus vtetur: ut qui opti-
mum munus, sanctissimam artem, tui com-
modi quæque ambitionis & inexplorabilis au-
toriae causa vitaueris. Cur nam existimas ô
inlyte vir, poëtas de Aesculapio confixisse,
quod cum Hippolycum & Androgeonam ad
vitam reuocasset, Iupiter fulmine illum extin-
ixerit? nisi ut intelligamus, hominum pot-
tentium genus Ioui esse odiosum: nec velle
quenquam plus iusto prodesse sceleratis? Satis
illis esse debere, si per scelus nefandis, non
autem diuinis (quales sunt qua arte medica
parantur) voluptatibus frui liceat. Vnde &
illud est de quo Plinius conqueritur, sed cau-
sam non intelligebat: Romanorum enim sce-
lera tanta erant, ut non aliter possent puni-
ti, nec melius. Non hæc propter culpam eue-
nire, mihi obiicere potes: scilicet ut neglig-
entiae, cuius me accusas, & studiorum super-
vacaneorū, ac acerbitatis naturæ, diffici-
liumque morum, ac factiosas opinionis pa-
nas luam: vel quod aduersentur astra, cum
plus semper negotij habeam quam velim.

Verum vices patriæ doleo, quodque fer-
mè illud Heliæ dicere possim. Sed ad rem re-
deo. Quonam pacto artem hanc exercere au-
des, cum nullius morbi cognitionem tenetas,
in incerto vagari, in tenebris erras? Si quis
te interroget, qua febris est hæc? si pauper
sit nomen quodcumque, quod in mentem ve-
nerit prodis, seu sit, seu non sit: quoniam à
nemine coargui timies. Si diues & potens,
plurima verba in incertum effutis: demum
nomine generali vteris, velut quod sit ex ge-
nere biliosarum, aut quod sit febris conti-
nua, qua omnia vel mulieres & imperiti artis
dicere solent: ita eludis audientes, & me-
dicos etiam. Vbi enim speciem morbi ena-
rauerint, dicis? Et ego inquam dixeram fe-
brem esse biliosam. Quasi idem sit, esse bilio-
sam & hermitricum primæ vel secundæ vel
quartæ aut sextæ speciei, aut tertianam no-
tham, vel extenlam, aut simplicem, aut
ardentem, aut pestilentem. Omnes enim
hæ febres tuo more sub hoc genere conti-
nentur.

Quid si sit lipyria, aut epiala, aut hemi-
triteus alias ex residuis dubibus, aut alia fe-
bris? num omnes sub uno genere febris tua
biliosæ comprehendentur? O insanum caput,
& intolerabile malum.

Sed omitto iam imperitiam, qua solam

tuis clientibus obesse potes: deteriora sunt:
maledicentia illa, qua omnem bonum profi-
cidisti: ambitio, qua docere tuam artem va-
nam & inanem aggressus es, ut omnes coin-
quinares hoc tuo virulento dogmate: conspi-
raciones illæ, quibus per vim & nefas obti-
nes, quod neque peritia artis, nec ratione
consequi potes: dolis, quibus plebem, mulie-
res, imperitosque omnes seducis, medicos
verò longè te meliores superare videris, &
irridere. Vnde tibi, dic, & cur necessaria il-
la iracundia, ille vultus toruus? verba fari-
bunda, minæque? an medicamenta & morbi
hi his obsequentur? ut thabarbarum abs te
perterritum, nigrum bitem pro flaua, chri-
cum verò pro pituita bitem detrahet? Qui d
hoc ipso clarius ostendit tyrannidem tuam,
dum quæ neque ratione neque autoritate vel
legibus ullis obtinere aut persuadere posse
speras, vi extorques? Si doctrina, si ratio vlla
tibi suppeteret, si honestum esset quod pe-
teres, quod velles, quid opus esset his mi-
nis? præcipue apud nos, qui mitissimi su-
mus, & minimè contentiosi. Sed cum adeò
illa quæ præcipis, quæ vis, quæ dicas, abfu-
da sint, ut risu digna omnino apud artis pe-
ritos censeantur, ad vim te conuertis. Quid
rogo delis opus est in arte? an naturam de-
cipere te posse confidis? Si ergo ad naturam
hi prorsus sint inutiles, qua causa vteris erga
homines, nisi ut illi decepti aberrent, illis
que imponas? itaque pro eruditione, ratione
& experientia (quæ tria in arte maximè sunt
necessaria) cerramen de ambitione, dolis ac
violentia inter nos inexisti, cum totius ci-
uitatis pernicie: deinde irides Medicos
Hispanos, Gallos, Germanos, tanquam im-
peritos. Ego certè imperitos tuarum artium,
quemadmodum & ego sum, magna ex parte
illos fateor: nec quemquam tibi posse com-
parari: bradium obtinuisti: cedo, dignus es
eo, omnes superasti: sed tamen si de doctri-
na, artis experientia, intelligentiaque ver-
ba habeantur, nemo eorum quos tu barba-
ros vocas, nou te melior est. Quinimo apud
hos, ut Fuchsium, Cornarium, & Velarium,
ac Farnelium, Sylviumque præteream; tot-
que alios qui medicinam illustrarunt, Co-
pum, Linactum, Andernacum: innumeros
vi præstantissimos viros tum eruditione, tum
artis exercitatione. Etsi vera fateri velim,
longè plures apud vnamque nationem, sed
præcipue Gallicam, quod ibi florent studia,
& ea gens mihi magis cognita sit quam apud
Italos. Ita enim hoc virus malarum artium
in Italia sequit, ut desertis studiis, ad has sy-
cophantias fermè omnes conuolent: plurique
oblit prava consuetudo, quam natura pro-
desse possit. Hæc cum ita sint, meaque in his
scias haud mentiri, omniisque que proposui
esse tanquam axioma communisque sen-
tentias ab omnibus medicinae autoribus re-
ceptas: ed artem te deduxisse vides, ut homi-
nibus præstet, sola virtus ratione ex pane lo-
to, cocto, aquaque & semine arantijs sibi in-
dicta, frictionibusque ac clysteribus (si è re-
fint) vti, quam tot periculis errorum, quos
tu passim dileministi, se subiictere: nam &
dimidio pauciores peribunt: & qui sanabun-
tur longè citius sanabuntur. Cum enim recte

medicinam tractanti è febris vix vnu aut alter pereat (quod mihi vnu euenit, cùm solus tempestiu aduocor: vt ex fide magistratus publica sanitatis aperte deprehendi potest) qui fit, vt è tuis tuorumque participum pars fermè tertia decedat, nisi illos vestris nouis institutis perimatis, aut singatis (quod solum reliquum est) morituros ad uos, sanandos ad me, bona quadam fortuna conuolare?

Verùm tu, ô egregie, simile quipiam effectisti his qui orbem terrarum pessime describunt: paruo enim circulo delineato, figuram quamcumque modò in partes tres diuisa sit, vt Asiam, Africam & Europam referat, inscribunt: voluntque haberi Cosmographi, cùm neque magnitudinem, neque figuram, neque prouinciarum distinctionem ullam habeat hæc descriptio. Quod si hos pro Cosmographis non recipitis, quod illorum pictura nulli sit vnu, non ad intelligentiam situs orbis, non formæ illius, non ad cognitionem maris, montium, fluminum, ciuitatum, non nauigare nos doceat, non iter agre, non prouinciam aggredi ex ea liceat, sed sit exemplum paruum & inconditum, nulliusque vnu: cum eum qui Medicinam eodem modo corruptit, pro Medico habebitis?

Itaque videtis Principes, Patræque conscripti, quorum prorepat hoc tam malum exemplum, & quibus suppliciis dignus fit qui hæc in perniciem hominum docuit. Sed non possum Principibus, imò ne vobis quidem spero ista posse persuadere: scilicet quod homo simplex in arte medica longè melior sit homine versuto, quod videatis vos in his quæ tractatis regnis, atque militia ac iustitia administranda, versutum virum & malum, & qui multa etiam furetur & interuerat, minus inutilem esse plerumque Reipub. quæ simplicem, tametsi optimus vir sit atque iustissimus. Idque ita se habet.

Sed decipimini, ignoscite mihi ô viri præstantissimi: quoniam vobis negotium perpetuò cum hominibus est, quibus cum opus homine alio callido atque prudenti: quamquam neque in hoc vnu esse possit, si non sit probitas cum prudentia & calliditate coniuncta. Verùm cùm nostrum negocium cum natura & diuinis legibus sit, cum quibus nullis dolis, nulla opus est versutia & calliditate, vir quod simplicior, èò melior atque in artis operibus felicior est. Possem ista multis sacrae Scripturæ Philosophorumque ac Medicorum testimoniis confirmare: ed quorum Soli lucem addere? res adèò per se manifesta est, vt etiam tu ipse improbitatis autor, & caterorum tui similium facile Præcepis, hæc non negare ausurus sis: sed si quis interroget, negabis prorsus te callidum esse, aut veri, imò hæc à me configi linoris & adij causa dices: re tamen te versutum ostendis: & talem etiam haberi ab omnibus cupis: sed cùm de negocio agitur, alia sentis, alia dicas, quod in omnibus actionibus tuis semper facis. Dices forsan: Versutus sum & callidus, nec tibi hac in parte inuideo, decet hominero tales esse: sed quid prohibet, hoc ne etiam eruditus sim ac peritus quantum es tu, vel etiam longè plus? Sed ô vir egregie, quid prodest hæc tua peritia & eruditio,

etiam si illam haberet, cùm non utaris? At mentiris: nam ne minimum tibi eius relatum est. Scriptum est enim: In malitiosum animum non intrat sapientia, nec habitat in corpore peccatis obnoxio.

Verùm forsan hæc omnia tolerari, ac etiam ferri possent, cùm nec latro vnu vibem vnam solus euertere queat: hòcque factum in tui commodum, quantumcunque malum excusare velis: sed quod alias idem facere docueris, hoc nònne omnino est patriam prodere? nònne crimen læsa maiestatis est, siccarios congregare in pernicem publicam?

Tum, Rex tûque Senatus, si quis vel vi-ginti viros armet aduersum vos, si quis veneno vt proderet totidem ex intimis vestris familiaribus tentaret, quibus illum cruciatis afficeretis? modò deteriora facientem atque molientem, non solum permittitis impunitum, sed etiam amplexamini: vt quod viribus suis ac per se ne tentare quidem auderet, vestra amicitia vestrâque familiaritate fretus efficere possit? Dicatis, Nescimus, nec credimus. Non est hæc digna excusatio. Si queratis, facile est fontes deprehendere vel ex iporum confessione. Scio tamen quæ difficile sit, tam inueteratum errorem ex animis vestris excutere: quâmq[ue] arduum vos hortari, vt Medicos amicos, longa consuetudine vobis charos, è domo propellere velitis: nedum vt in illos animaduertere sustineatis. Quanquam non minor sit hæc præditio, & longè maius malum, maiôrque pernicias primæ, maiusque vobis periculum immineat, quam à militibus ac seditione: nam multo plures horum scelere perierunt, Reges ac Senatores, quorum omnium tu doctor es ac Princeps, quæ vel veneno vel ferro: nec quisquam medicis magis intimus aut familiaris est potest, quorum operam effugere non licet. Quis nunc omitenda non facit? facienda non omittit? frictiones adèò necessarias, adèò vtriles non solum morbo depellendo, sed etiam confirmandis viribus, quotusquisque facit? at fomenta, inunctiones millæque alias nugas facere iubes ac doces, eo consilio, vt si faciant alii, & ipsi peccent, & tu princeps Medicorum videaris.

Sed quomodo diuinabimus nos, quod prorsus extra artis præcepta est? Si omittant tantum necessaria permittentes & quæ tu iam in vnu reuocaueris, pro imperitis habeantur. Simili modo & illud, puerperis statim vinum, oua, carnes dare, tuum inuentum est: quo errore quarta pars earum perit: non minor in perpetuos & insanabiles morbos, licet mitiores, decidit: quæ si recta vietus ratione vterentur, vix ex centum duæ perirent, cum sit partus res naturalis, & ex quo vix aliud animal intereat. Quis etiam docuit perperam vbiique chirurgum aduocare, non utilitatis ægri causa, sed vt lucri participes tuos errores celet, tuâque crimina defendant, aduocetque vicissim ad alios ægros?

Verùm dices, Quid hoc obest ægrot? Multum sanè: nam & chirurgi, vt aliquid face-re videantur, de membra salute disputation. Dumque illi, vt in crisisbus persæpe euenire solet, parti prospiciunt, totum hominem perdunt:

perdant: atque ita duos nobiles viros, atque inter ciuitatis primarios, hoc errore perisse vidi. Nonne & illud in vnum reuocasti, vt interrogantibus de faciendis circa ægros, statim medici respondent? ita vt cum me hæsitare videant, vel oblitiosum, vel alia cogitantem, vel stupidum esse existimant? cum tamen hoc errore, hac prompta respondendi consuetudine, in tota arte nihil possit esse perniciosus. Impossibile enim est, in tam ardua re, & inter tot difficultates, prompte benigne consulere.

At error hic hominis vita perspè pensatur. Quin etiam quasi contrariis dogmatibus homo callide in vnum mulieribus blandiens deduxisti, vt patiente carum nugas & aliquot infirmorum mollium deliramenta audiendum: vnde homini occupato necessarium esset, vel cum inimicita eos reprehendere, vel ad rem non pertinentia audiendo necesse faria omittere, quemadmodum & tu facis: nam neque quid dederis, nec quando cœperit morbus, nec quid iniunxeris, memoria tenes. Sed etiam accessionis immemor, cibum in illius initio exhiberi mandas: & ei qui intercallo est metuens, frustra accessio- nis initium inediā imperas: & venæ sectionem post sectionem, medicamenta post medicamenta, vt omnia fortitud & facias & eueniant. Illud quoque reprehensione non leui in te dignum est, quod apud ægros non iuxta morborum magnitudinem ducis, & languentis necessitatē, sed iuxta potentiam hominum, pecuniaque largitionem: quasi, qui tenuiore re ac fortiori sunt, non sint homines. Ita omnia proprio commodo metiris, nulla æquæ illius ratione habita: nec plus fides apud te valer, quam apud Pœnos, cum fallere summa laus sit, & de fraudibus gloriatur. Quid vero dicam de interrogatiunculis illis tuis, in quibus tempus illud quo apud ægum manes, ferente solitus es? quam inanes, inepta, ridiculae, & solum auribus mulierum atque artis inexpertum accommodatae? Quid edistis? quid bibistis? vitellum ne vnum oti, ali duos sumpsistis? assatos, an elixos? arantiine succum addidistis? ante vel post ferculum? Inde illud præclarum: Quam suavis vobis cibus? quam iucundus potus visus est: incaluitis ne? O perditam hominum amentiam; & miseram ægrorum conditionem?

Dicis: Quid ergo interrogare debeo? An tantus natu adhuc ignoras? Verum ex puerilibus his interrogationibus, si non omnino vecordes effekt ciues nostri, non ne tuam sapientiam introspicerent? è quibus inter cetera omnia illud pulcherrimum est, quod antequam vnius responsum audias, ad aliam traxit interrogationem: quasi memoria præceptio- nes has puerorum & picarum more mandaue- ris, & interrogasse abiq; responsione sufficiat. Cum tamen contrario modo res se habeat, scilicet vt responsione solum, non interrogatione opus habeamus, qua quidem ad prædictiā rēspōsionē solum vtimur. Verum cum hæc ita se habeant: quæritis forsan, quomodo in inuidiam omnium medicorum, imò fermè totius ciuitatis, hic me tra- xerit? Audite admirabilem solertia, indu-

striamque non vulgarem, & quomodo sce- lete suo omnibus me reddiderit odiofum. Corrupta enim medendi consuetudine, cum fermè vbiique aliquid contra præcepta artis admittetur, conatris sum eos ad veram me- thodum reuocare: id illis sinistris interpre- tantibus facile persuasi me alios contemne- re, omnia solum agere, neque etiam vnum credere sapientem. Quis non mērē? si ita sit, talem non odio habeat? Itaque cum eas ipse consuetudines indexisset, quas à nullo artis perito possent nisi omnibus diuinis hi- manisque legibus contemptis admittit: quod cum suis participibus non sentiremus, in in- uidiam nos vocat. O ingenium verbis Chri- sti dignum! Filij, inquit, huius mundi pru- dentiores sunt filii lucis. Dicis, Cur alij non queruntur? Quod me gratius premat hoc malum, quam forsan reliquos: neque enim nisi sciens peccare possum, ac teipsum imitari: plerisque alii non tam certè scire se de relinquere, leuorem efficit culpam. Quod eti recta medendi via innumerous ser- uem, qui sub te essent perituri: illud tamen incommodi sequitur, vt qui pereunt, quamvis fatali necessitate, & non sine prædictio- ne mea, tamen insciitie periisse vulgus arbit- retretur: quod consuetam tuam normam, quam illi nunc pro lege habent, non seruauerint. Ita sit, vt vnius motus necessaria, tot aliorum saluti impedimento sit. Quin etiam audite aliud techna genus: Si ad deploratum aliquem vocor, omnia hinc me facere, dum ipsa mortuorā: ne consanguinei eum in- uiditiae saluti inserviantur. Si forte contingat reuincentre, vnius omnia agit, qui nihil ait, & tanta præcipit, vt nulli mali refert: plura etiam perperam, quibus æger deinde persæpe relabitur ita in- fannie exersit: gloriet ne locum quidem ha- bere dignatur. Eaque arte & tanquam me omnia agentem calumniatur, & sui erroris culpam in me reicit. Quinetiam cum duo linnis rara quadam sorte Medici eiusdem no- minis atque prænominis, neque hanc tam pulchram hic impostor prætermittit occasio- nem: quicquid illi sinistri contingit, sup- pressa differentia narrat, vt plures credant (& maximè quod his qui me norunt, talia refert) mihi contigisse. Ita sit, vt etiam alterius casibus sim obnoxius, propriæ felici- tatis vix particeps. Auget præterea hæc; or- nat, queritur de communī medicorum condi- tione: dolet quod paucorum error ad multorum ignominiam transferatur. Ita nihil prætermittit: quod ad fallendum conducat; falsoque calumnianandum: idque etiam sequaces suos facere docuit. Hi quoque adeo eu- liuerunt, vt saepe famam sparserint me absesse ab vrbe, cum essem præfens: ægrotaréque cum maximè valetem, vt infirmos hac falla- cia suffurarentur. Cuius rei töt sunt testes, vt pudeat inumerum referre. Sic in dies gra- fatur hoc malum vestra culpa, nostraque ia- ctura, ô ciues. Nam quod ad me attinet, semper hoc exemplum viguit aduersum artis medicæ principes, (non quod me talem existimem alia causa: sed cum video con- tra me imperitos omnes conspirasse; ad- ducor vt credam certè; eti talis non sim,

illos

illos me talem existimare (vt nulli eorum defuerit fons Zoilus : Hippocrati , Gnidij medici : Galeno , Thessalus quidam & Erasistratij : ita vt semper optimus quisque in arte malè andierit. Verum quod ad te attinet , monstrum horrendum , age quantumvis dolis minisque : sunt mihi spicula Hispanicis gladiis acutiora , & Gallicis machinis vehementiora : oratio scilicet , vibrantisque sententiae , quibus te perfodiam , nec vlla vis , non diuitiae , nec fauor principum , non violentia illa tua te mihi eripiet , quin vt vrsa nuper catulos enixa te

totum confodiam atque dilacerem. Quod si consilium non mutabis , perfeuerabisque in hac tua tam impudenti pertinacia , prodam & nomen : & tam acri studio te , tuamque vitam ac facta insectabor , vt imbuta Archilochi tela putas rabie. Nam nisi obstatet vecordia tua , contemptusque honoris , considerem te ad laqueum spontaneum posse adigi , cum tua facta Lycambeis multo sint deteriora & turpiora : neque mihi , suppeditantibus Musis , aduersus tam atrocem latronem dicendi facultatem , quanta fuit eius genero , vereor defuturam.

D I X I.



NERONIS